

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 De rebus, quæ sunt supra hominem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVODLIBET. XII. PARTIC. XIII.

scientie, corrigendo occulte inter se & ipsum. Si autem ex hoc correctione non sequatur, tunc secundum ordinem euangelij debet secum adhibere aliū, uel etiā referre ecclesiae: nihilominus tamen & in hoc seruādus est ordo, ut si peccatum sit publicum, publice corrigitur: si vero occultum, occulte. & ideo dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, id est te sciente solum &c. quantum ad occultum, quantum vero ad publicum dicitur. Peccantem, scilicet publice, coram omnibus argue,

Et sic pater solutio ad primum vtriusque partis.

Ad aliud vero dicendum, quod illud de cōstitutionibus ordinatū est, & seruari dēt in his quae verguntur in periculum & detrimentū societatis & collegij.

### ARTICVLVS XIII.

**V**trum si aliquis sciat peccatum proximi, peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo.

**S**ECUNDUO quætitur, utrum si aliquis sciat peccatum proximi, peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo. Viderat quod sic, quia facere contra ordinem euangelij est peccatum mortale: sed statim referre prelato est contra ordinem euangelii. ergo peccat mortaliter.

**C**ONTRA est, quia hoc faciunt multi viri perfecti qui nullo modo hoc facerent, si esset peccatum mortale: ¶ 2 Prat. Prelati possunt non solum de præteritis, sed & de futuro præbere cautelam, & ideo si eis referatur, non videatur esse peccatum mortale.

**R**ESPON. Dicendum, quod verbum Domini quod dicit Matth. 18. de correctione fraterna, est intelligendum sicut alia verba quae dicit pertinentia ad humanos actus, & seruari debet secundum quod dependet a charitate, & ideo dico quod si cum debitis circumstantijs intelligenda sunt. Scindendum est autem quod in criminibus tripliciter proceditur secundum iuram, quia per inquisitionem, & hoc est in peccatis publicis, & non dēt fieri nisi præcedat clamor congregationis. Item, per denuntiationem, & per accusationem, & hoc est in priuatibus. Si autem procedatur per accusacionem, tunc debet fieri præscriptio, quia obligatur accusans ad talionem, & in hoc intenditur ut finis bonum reipublicæ, unde hoc potest fieri secundum voluntatem sive publice, sive priuatim. Si autem procedatur per denuntiationem, tunc debet præcedere fraterna admonitio, quia finis huius est emendatio proximi, & id debet seruari ordo fraternalis correctionis. Vtrum autem statim cum quis sciat fratrem suum peccasse, debeat denuntiare prelato, dico quod in his distingendum est de conditionibus subdit & prelati. Nam si ego scio quod frater per me corrigetur, tunc non debeo hoc denuntiare prelato. Si autem quod hoc melius fiat per platum, & prelatus nihilominus sit pius, discretus, & spiritualis, non habens rancore, seu odiū aduersus illum subditum, tunc licet potest hoc denuntiare sibi, & tunc non dicit ecclesia, quia non dicit ei sicut plato, sed sicut personæ sufficienti ad correctionem proximi & emendam. Sed quod conditions diuersas platorum & subditorum, non potest in hoc dari gionale iudicium, quia aliquis prelatus vel mouetur ad odiū aduersus subditum, vel subditus non bene ferret verba prelati: id tenendum est hoc pro regula, quod in oībus istis si seruanda est charitas, & quod melius & magis expedire viderit, & si hoc intendatur, emendam proximi, seruet quantum potest bonum charitatis, tunc denuntiando non peccat. Si vero denuntiet cuiuscunq; personæ hoc ex malitia, & vt proximus confundatur, vel deprimiratur, tunc denuntiantur, sive accusans peccat mortaliter.

**A**D PRIMUM ergo dādum, quod si statim aliquis refe-

rat prelato adhibens debitas circumstantias, & considerans magis expedire, non facit contra p̄ceptum euangelij, quia non dicit hoc ecclesiæ, sed plorante proficiens, ut dictum est, & id non peccat mortaliter.

Ad n. dicendum, quod est p̄fecti viri peccare mortaliter, si denuntiando plato, vel aliqui persona intenderent aliquid, quod est contra intentionem peccati.

Ad iii. dicendum, quod si aliquis referat prelato culpam proximi intendens vel caurelam in futurum, vel aliquid huiusmodi quod ad emendam proximi videret expedire, non peccat. Si autem hoc si prelato, sive aliqui amico suo ex malitia reterat tunc peccat mortaliter. Quod si ex incauteclia aliquid dixerit hoc, ita tamen quod non proveniat inde aliud G vel infamia, vel uituperium proximo delinquenti, tunc non peccat mortaliter, si et incaute agat.

## I N C I P I T Q V O D L I B E T D V O D E C I M V M .

### Q V A E S T I O I .

**Q**UAE SIT VNUM est de rebus quae sunt supra hominem, & de rebus humanis.

¶ Circa primum quæsumus est, de Deo, de angelis, & de celo.

¶ Circa primum quæsumus est de Deo quantum ad suum esse, quantum ad suam potentiam, quantum ad eius predeterminationem.

### A R T I C V L U S I .

**V**trum in Deo sit tantum unum esse.

**C**irca prima quæsumus est, utrum in Deo sit unum esse, & essentiale, ut præter illud sit etiam in Deo esse personale, & ut quod sic, quia aliud est patr̄ esse, aliud filium esse, & aliud spiritum sanctum esse: sed esse essentiale non est aliud, & aliud ergo &c.

¶ 2 Prat. Proprium formæ est quod est esse: sed in diuinis sunt tres proprietates personales, quæ obtinent uicem formæ, ergo &c.

**C**ONTRA. Aug. dicit. In diuinis tamen unum esse.

**R**ESPON. Dicendum, quod ueritas sed ei h̄c in diuinis solum est distinctio quæ est secundum relationes oppositas, relatio autem sicut & qualibet forma h̄c est ex coparone ad illud cui inest, unde est filiationis est per coparationem ad subiectum cui inest: relatio autem in diuinis non distinguitur ab eo cui inest, ut in quo est, quia est ipsa res quæ refertur, sed distinguuntur solum ex parte eius cui opponitur: & ex hac parte non desideratur esse relationis, sed distinctio & oppositio eius, & ideo est in Deo unum tantum esse, scilicet essentiale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod esse dupliciter dicitur: Quod non est idem est quod actus est, quoniam autem significat compositionem enuntiationis, & sic significat actum intellectus, quomodo do intelligitur quando dicitur quod aliud est esse patris, & aliud filii, non primo modo.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut & quodlibet forma, paternitas facit esse, & patrem, qui est diuinum esse, & facit tantum unum esse inquit paternitas facit esse.

**Q**UAE S T I O II .  
**A** R T I C V L U S II .  
**V**trum Deus possit facere contradictione esse simul uera, infinita esse simul actu.

**D**E INDE quæsumus est de potentia Dei. Et primo, Vtrum Deus possit facere contradictione simul esse.

¶ Secundo, Vtrum possit facere infinita in actu.

A